

plures habet intrinsecus S. Petri & Pauli, diversis locis constituta Ecclesias, ut omnibus notum est, sed ista nostra Metropolis in quodam medullio posita, quasi Caput membris supereminet: hæc tamquam expansis misericordiae brachiis omnem ambitum totius Diocesis & Provincia amplectitur, quandoquidem ex ea, Ecclesia illa venerabilis B. Marie del Pilar prodixit, missi ibi primo Priore Petro Raymundo de Rida Canonico nostro Anno 1141. de quo videnda sunt que diximus in nostra tract. de uni. & per. Cath. in Metropoli S. Salvatoris cap. 6. numer. 56. & alibi, Turonensis Ecclesia à nostra dismembrata fuit à Gregorio XIII. summo Pontifice Anno 1577. ut notavit Carrillo post vitam S. Valerii in Catalogo Episcoporum Turonensium. Hæc item non solum ambitum suæ Provincia, sed & alienas expansis divinis misericordiae brachiis amplectitur, quandoquidem Burgensem Ecclesiam, quæ à Gregorio Papa XIII. ad fastidium Metropolitana fuit ereccta, Philippo II. Clare memorati Hispaniarum Rege Catholico flagitante, ut ex Bulla erectionis appareret sub Dat. Romæ die 22. Octob. 1574. de quo videndus Egidius Gonzalez de Avila in Theatro Ecclesiarum Regnorum Castellæ & Legionis, 103. in Ecclesia Burgenfi, p. 5. ad efformandum Pamplonem, & Calaguritanam Dioceses, liberaliter largita est, quæ nostre Castaraugustanæ erant Provincia ab Anno 1318. quo à Joanne XXII. tempore Joannis II. Aragoniæ Regis fuit ereccta Metropolitana, ut post alios referet idem Capillo post vitam S. Valerii in Catalogo Episcoporum Castaraugustanæ, pag. 257. Idem enim qui salvati appetunt in materno pietatis gremio convoscer, & tuetur per Sacramentorum administrationem, quæ libera in nostro Capellano Majori, cujus Dignitas unita est Capitulo, absque eo quod Illusterrimus D. Archiepiscopus hoc prohibere possit, exsententia sacre Rotæ coram D. Sarpiento, anno 1567. ut notavimus in d. tract. cap. 16. num. 164. & latius dicemus c. 21. de Parochia: quod nulli alii permittitur. E deinde ex ea Illust. D. Archiepiscopus atque subnixus totam suæ Jurisdictionis Diocesis & Provinciam suam Sacramenti unitate media sua gubernatione confederat, ut unus Pastor merito, & a dicatur Ecclesia quodam modo, idest ex superioritate Capitis, & subiectionem membrorum.

170 Sed si aliquam hujus Capitis particulam in d. tract. Cath. Castaraug. perlegerit Lector, advertere oportet, cum hoc parerem opus, in lucem prodixit Joan. Baptistam Lezadam Carmelitane familie gravissimum Theologum, qui relicta sua professione studis, ad probandam Cathedralitatem Ecclesie B. Marie del Pilar Castaraugustæ se introduxit. Cui satisfacere opere pretium duxit nostra Metropolis, de cujus mandato Tract. ille nosster contra Lezadam prodixit. Unde mirum non est, si ad probandam impossibilitatem adversæ Cathedralitatis aliqua ibi scripta fuerunt, que hujus Capitis materiam concernunt; que omnia notata volui, ne ultro me aliqua repetere crederetur.

Jamque liquet plurimos fuisse deceptos ex doctrina superioris Capitis: existimantes antiquitatem Ecclesiarum Cathedralium ex fundatione Episcopatus sumendam esse. Et vidi, & expertus sum, nullam distinctionem facientes de uno ac de alio, quasi idem faciendum esse judicium de viro & uxore crederiderunt, qui cum duo sint in carne una, antiquitate sui canitiam viri, idest Episcopatus, ad uxorem protrahunt, idest ad Cathedralem Ecclesiam, cum tamè prius fuisse virum efformatum à Deo Adam Gen. 1. quàm Eua, eodem Capite expressè probetur, dum dixit: Non est bonum hominem esse solum, faciamus & adiutorium simile sibi. Et cum ex ortu seu nativitate viri ætas uxoris non bene probetur, prius erit ut sicut vir & uxor in lucem hujus mundi prodeunt, aluntur, nutriuntur, crescunt, quoad usque pubescere ætate Matrimonio conjunguntur; ita Episcopi nati eo modo quo diximus superiori Capite, Ecclesieque plantata, quod idem ac formata ab ejus Sponso Christo, alii ambo & nutriti creverunt, & Cathedralibus institutis, convenienti tempore Matrimonium hoc spirituale contra d. fuit: prius enim, Sponsa ista, quæ Soror tunc temporis appellabatur, parvula erat, nec ubera habebat, ut dicitur Cant. 3. quousque natis uberibus pubescere ætate Sponsæ dedit, ibi: dabo tibi verba

173 mea: cap. 7. v. 13. Per quam traditionem maritalis conjunctio

ad liberos procreandos accipiunt facit Interpretes, Justus Vigelius, & Cassiodorus, ibi: quos sequitur novissimè Rojas in Cant. cap. 7. v. 13. nota 45. Et cum ad æqualitatem in Matrimonio conservandam, per quam felicem exitum conjunctionis consequuntur Sponsi, ætas viri gradum expectanda sit, merito cum Ecclesia pubescere cepit, hoc est natis uberibus, pace per Baptismum Constantini consecuta, rebuque Ecclesie compositis, uxores Episcoporum spirituali desponsatione cum suis Cathedralibus factæ sunt Ecclesie.

Qua ratione existimo, omnes, qui eandem originem, & principium idem Cathedralibus ac Episcopatibus tribuunt, & errasse, cum hos à Christo Domino originem traxisse satis superque c. præced. probatum sit; illas verò cum jurisdictione super ceteras esse, quod est Constitutum Cathedralitatis, jure humano fuerit inventum; ut probavimus. Quare ad hujus questionis explicationem, & veram propositionem materice enodationem, in memoriam reducere oportet verba D. Hieronymi in c. 1. Danieli, relata in c. Qui de mensa, 37. dist. ita scribentis: Qui de mensa Regis & de vino potus eius nolunt comedere ne pollutantur, utique si ipsam sapientiam atque doctrinam Babyloniæ scirent esse peccatum, nunquam acquirerent discere quod non licebat: discunt autem non ut sequantur, sed ut judicent, atque convincant: Quomodo si quisquam adversus Mathematicos velit scribere imperitum Mathematicis, ipsi patet, & adversus Philosophos disputans, si ignoret dogmata Philosophorum: Discunt ergo ea mente doctrinam Chaldeorum, quæ & Moyses omnem sapientiam Ægyptiorum didicerat. Ideo enim communiter in hoc casu erratum fuit, quia Canitiam Cathedralium ab antiquitate Episcoporum deducunt, scientiam Mathematicæ hujus, idest principium hujus rei non perquirentes. Unde à nobis tota hujus Capitis series conquisita fuit, ut in posterum melius felicique lites, & ambages, quæ in hoc puncto oriri possunt, judicentur.

Verum supradictis foriter obstat Sancti Euaristi Papæ Epistola 2. de Episcopis electis ad Episcopos Gallie, quæ ita ait: ipse enim, id est Christus, est Sponsus, & Ecclesia Sponsa, cuius filij nos sumus, & ideo unum Patrem habemus Deum in Cælestis accedentes vero vice Christi Legatione funguntur in Ecclesia: & sicut ei communia est Sponsa, id est Ecclesia, sic Episcopi coniunguntur Ecclesie, unicuique proportionem suam: & sicut vir non debet negligere uxorem suam, sed diligere, & in se custodire, & amare, atque prudenter regere, sic Episcopus, & multo magis custodire & amare, atque prudenter regere debet Ecclesiam: & velut uxor, quæ sub manu est viri, obedire debet ei, ut in eo, eumque diligere, & amare ut animam suam debet, quia illud sit carnaliter, hoc spiritualiter, quibus addit Diana resol. Mor. p. 12. tr. 1. de cons. Episc. resol. 51. ubi notat Euaristum floruisse Anno 113. liquet ergo ex supradictis hoc tempore jam Episcopos habuisse Ecclesias Sponsas: ergo hæc fuerunt Cathedralibus: perpetua igitur ante Constantini Baptismum nullibi reperiri affirmavimus.

Sed his non obstantibus, semper in nostra permanemus sententia, ex eodem loco pro contraria parte adducto: nam si bene ejus verba expendantur, nequaquam de Ecclesia particulari Cathedrali loquuntur, sed de omnibus totius Episcopatus in communi, quibus præfidebant, facta comparatione Christi Domini, qui Sponsus est; Ecclesia verò Catholica Sponsa: unde deducit, quod si quis Ecclesia est Sponsa Christi, sic Episcopi conjunguntur Ecclesie, unicuique proportionem servata: Ergo sicut Christus Dominus Sponsus est Ecclesie Universalis, ita Episcopi Sponsi sunt, proportionem servata Ecclesiarum totius Diocesis, nõ alicuius particularis, donec Cathedralibus adinvenit fuerint proportionem servata: qua interpretatione admittit, quæ clarissima est, plura Iura intelliguntur, & nosster manet assumptus probatus.

Et tandè, ne alicui gravare & difficile nimis videatur credere quod sancti Apostoli Cathedralibus non fundarunt in Civitatibus, ubi Episcopi relinquebant, attendat quæso, morè nõ solè fuisse antiquo, verum etiã omnibus temporibus observatum: quandoquidem constat ante erecctum Episcopatum à Romano Pontifice, prius nominatum esse Episcopum, ad quem Ecclesie Cathedralis ereccte, Capituliq. Dignitatum & Canonicorum efformatio delegerunt videre est per eam, quo lato calamo in omnibus Indiari Ecclesiis eruditè tradit Sorlozano de Indiari. lre, tom. 2. lib. 3. c. 5. n. 64. & in politica

Indiana, lib. 2. tit. 4. c. 5. per totum, præcipue in vers. ultimamente, & videnda sunt que diximus d. c. 1. n. 8. & c. 2. latius in d. tract. unica Cathed. Castar. & que dicemus c. 11. de abbas, quæ suboritur solent post nova Cathed. erecct. Quorum exemplum propriissimum est inflatum, quandoquidem hæc erecctiones sunt post conversionem ad fidem, sicut fiebant tempore Apostolorum; quo casu erecctio Episcopatus, Cathedralis ereccta non erat: Quibus addendum est, Cathedralibus in Civitatibus esse collocandas: ut latè dicemus c. 4. & Episcopos à tempore Apostolorum ibi fuisse positos: ut ibi etiam num. 79. probavimus; sed urbes fuerunt antiquiores Episcopis, ex ibi adductis in principio; Ergo sicut non recta sit argumentatio de antiquitate & fundatione urbium ad antiquitatem Episcopatus; ita neque ex fundatione Episcopatus, & ejus antiquitate, ad fundationem & antiquitatem Cathedralium rectè fiet deductio.

179 Ea autem omnia mirificè confirmantur ex eo: nam si Divus Petrus Prælatorum Gradus insituit, ut probatur ex text. in cap. In novo, 21. dist. junctis his que c. 1. num. 34. notata reliquimus, & probat latè Busfatus consil. 126. & Patriarcharum origo ab Apostolis traditur, juxta ibi à nobis notata ex num. 60. cum sequentibus, probato, quod Sedes Cathedralis Patriarcharum multo post fuerint adinventæ, probatum manebit assumptum ceteratum Cathedralium. At de hoc extat textus expressus, qui cavillari non potest, in extravag. sacrosancta Romana Ecclesia, de elect. inter Communes: qui est Benedicti XI. etia scribit, Sacrosancta Romana Ecclesia, qua disponente Domino, super omnes alias ordinaria potestatis obtinet principatum à Deo, utpote Mater universorum Christi fidelium, & Magistræ, quatuor Patriarchales Sedes insituit, inter quas post ipsam Romanam Ecclesiam, Constantinopolitanam primam, Alexandrinam secundam, Antiochenam tertiam, & Ierosolymitanam quartam locum voluit obtinere, ipsasque multis prerogativis & honoribus ac privilegiis decoravit &c. Si ergo sanctus Petrus Patriarchas insituit, & Patriarchales Sedes à Sede Apostolica fuerint insitute, ad quid differentia ponitur & explicatur à Benedicto de Sedium erecctione, & privilegiis à Sede Apostolica post erecctionem concessis; nisi ut clarè denotaret, Sanctum Petrum differentiam Episcoporum ordinalem, ut d. c. 1. notavimus: Sedes verò eorum five Patriarchales, five Metropolitanas, five Cathedralis multo post fuisse adinventas à Sede Apostolica, quæ eas erexit, privilegiisque variis decorasse noscitur; de quarum privilegiis agitur in c. Anilud desumptis ex Concilio 3. Lateranensi, c. 5. ut refertur ab Antonio Augustino Collect. 4. Decretal. lib. 5. tit. 42. c. 6. unde si dicamus Cathedralibus ortum habuisse ab Apostolis, quoad dispositionem Ecclesie postea successit temporis, rebus compositis, eo modo quo institutionem Canonicorum ab Apostolorum capu ortum ducere, & Cardinalium Collegium respectu Capiti, ex eorum munere quod exercet tam Cardinalis respectu Pape, quàm Canonici respectu Episcopi, ex his que notavit Rodolphus Cupers in repet. tex. in Can. Oportebat, 79. dist. pag. 26. præcipue n. 21. & seq. rectè loquemur: si verò dicamus Cathedralibus Ecclesiis natas esse eodem tempore cum Episcopis, neuriquam probabitur: & hæc de causa Titulus primi Capitis à nobis positus est de institutione & origine Ecclesiarum Cathedralium insitit nascentis Ecclesiarum: quibus adiungi debet Busfati satis eruditum consil. 126. num. 5. docentis B. Petrum ejusque sanctissimos Successores, Episcopos elegisse; erecctis tamque Cathedralibus mutaram fuisse electionem Episcoporum, ita ut quandoque assensu totius Clerici ipsius Ecclesie, cui præfidebantur, electiones fiebant. Unde cum ipse divisionem Ecclesiarum à Dionysio Papa factam inferius, n. 30. enarret, necessario canitiam Episcoporum, & antiquiorem statum Cathedralium Ecclesiarum agnoscat.

183 Nec omitti potest elegans & singularis decisio Calaritanæ Primatus, generis 27. Novemb. 1637. coram Motmano impressa à Rebus in suis Recens. p. 7. decis. 251. ubi cum de Primatu Sardinie Insule altericaretur inter Archiepiscopos Calaritanum, & Turritanum; in primis n. 6. firmat auctoritate Cardinalis Baronii Annalium tom. 1. p. 343. editionis Vaticanæ, quod anno à Christi nativitate 46. S. Petrus post stabilitam Romæ Sedem, Discipulos, quos sibi adseruat ad disseminandum Christi Evangelium, ad ceteras Orbis Occidentalis partes ablegavit: id est ut dicitur in c. Quis nesciat, 11. dist. ad omnem Italiam & Galliam, Hispaniam, & Africam, Insulasque interiacentes. Ex quibus cum initium Episcopatus & Sedes in singulis deducit, postea n. 13. deducit etiam antiquitatem Calaritanam à S. Clemente Primo ejusdem civitatis Episcopo, per hæc verba: Quia dicitur Sanctorum missio non excludit Sedes Calaguritanæ initium à S. Clemente deductum. Ex quibus manifestam distinctionem Episcopatus, & Cathedralis, admittit opus est; ut tandem probat n. 30. dum obiectis contrariis satisfaciens, postquam Turritanæ canitiam majorem ostendebat, ex eo quod Pausanias Episcopatus & Sedes in unum, cui Anno 300. præerat S. Simplicius, qui jure Metropolitanico ad Turritanum spectat, cum tamen in Concilio Arelar. primo, Anno 314. primò de Calaritano fit facta mentio, per hæc verba respondet. Quoniam quidvis sit de antiquitate Episcopatus Pausanias, ab eo non potest rectè inferri antiquitatem Sedis Turritanæ, ex iure Metropolitanico, nisi simul doceatur, quod huiusmodi in eadem Ecclesia Turritanæ fuerit concessum, quo tempore S. Simplicius Episcopum coronam Martyrii accepit. Ex quibus liquet Ecclesias Cathedralis moderniores fuisse, & multo post Episcopatus, unde originem trahunt: non tamen rectam deduci argumentationem ab Episcopatus erecctione ad Ecclesiam Cathedralem eo tempore erecctam, ante divisionem Ecclesiarum; licet largo modo loquenti tam Sacre Rotæ decisiones, quàm varii Auctores hoc verbo Sedis trantur.

Hæc tunc, quæ nemine duce excogitare potui secundum Regulas Iuris. Quare si quæstionem hæc apud aliquem inveniet Lector, non ideo reprehensionem dignus sum.

CAPUT III.

Quis Cathedralis Ecclesias seu Episcopatus erigere possit.

S V M M A R I V M.

- Cathedralium erecctio est de Reservatis Pape, 1. 23.
- Metropolitanarum erecctio fuit sublimitio Cathedralis, est de Reservatis Pape, 2. 23. 63.
- Cathedralis dismembratio, ex qua dua vel plures sunt, est de Reservatis Pape, 3.
- Reservata Pape, qua sint: remissivè, 4.
- Diviso Episcopatum quando facta fuit in Hispania tempore Vbamba, 5.
- Ecclesia Castaraugustana quo tempore, & à quo Metropolitanico honore fuerit insignita, 6.
- Totus orbis Episcopatus & dismembrationes, 7.
- Episcopatus unius solus est Pape, 8.
- Item & novas Dignitates erigere, 9.
- Semper solus Pape id fecit, 10.
- Episcopus qua beneficia possit unire, & quomodo, 11.
- Archiepiscopus onera suorum Suffraganeorum in eorum Ecclesiis commutare potest, 12.
- Intellige de accidentalibus, non de substantialibus, 13.
- Reges & Principes plures Cathedralis fundasse, quo pacto est intelligendum, 14.
- Patrons non potest fundare Ecclesiam, 15.
- Tex. in c. Cum inferior, de major. & obed. interpretatur, 16.
- Archiepiscopus de licentia Pape erigere potest Cathedralis, 17.
- Papa potestas non est limitanda in erecctione Cathedralium, 18.
- Melius est probare plusquam necesse est, quam minus quod negotio debetur, 19.
- Episcopus, solus Pape creat, 20.
- Cathedralis dici non potest in qua non est Episcopus, 21.
- Mandatus totus est Parochia Pape, 22. & seq.
- Inferiores jurisdictionem habent subalternatè ad Papam, 23.

Gloss. in cap. Cum olim, verb. Concessimus, de consuet. plu-
 10 quos refert Barbof. ubi prox. num. 1. 48. quod a tempore
 Orientalis Ecclesie in ejus primordio procedebat, ubi so-
 lus Papa Dignitates & Ecclesiastica Beneficia instituebat :
 c. 1. & 2. dist. 22. Gonz. ad reg. 8. Cancell. §. 1. proam. num. 2.
 de qua materia late Barbof. de Univ. Jur. Eccl. lib. 1. c. 20.
 q. 4. usque ad 6. Sed quia de hoc latius est nobis pertra-
 ctandum, ideo nunc tetigisse sufficiat: de qua materia vide
 Riccium in prax. benef. decif. 382. per totum. Si autem scire
 11 cupias que beneficia unire possit Episcopus, quemve ordi-
 nem servare debeat? consule DD. quos refert Cenedo dist.
 Collect. 87. n. 3. & 5.

12 Nec obstat, quod Archiepiscopus in Ecclesiis Cathedrali-
 bus Suffraganeorum; Primas in Ecclesiis suorum Archiepis-
 coporum; & Patriarcha suorum subditorum, potest com-
 munitate onera ibi incumbenda, & ultimas voluntates: ut
 13 probat Monet. c. 11. n. 302. Ergo & earum statum potest
 mutare. Nam Respondetur hanc facultatem non extendi
 ad substantialia Ecclesie Cathedralis, sed tantum ad acci-
 dentalia: cum ergo mutatio substantialium statum respicit,
 mutare non potest. Ex Monet. loco citato.

14 Similiter non obstat quod Reges, & plures Principes
 Laici in suis Provinciis plures Cathedrales extruxerint, &
 fundaverint, ut de S. Henrico notat Breviarium Romanum
 sub die 4. Julij, & de S. Stephano die 20. Augusti. Nam
 hoc totum non propria, sed Sedis Apostolicę autoritate
 15 factum fuit: ut notat Lotr. de reb. benef. lib. 1. quest. 9. num. 11.
 exemplo Patroni laici, qui quamvis per fundacionem Ec-
 clesie inferioris jus patronatus acquirat, tamen Ecclesia
 fundari non potest absque autoritate Episcopi: c. Nemo,
 16 c. Placuit, de cons. dist. 1. c. Ad hac, de Relig. Dom. c. Cum
 olim, de priv. late Barbof. in Pastor. alleg. 26. n. 1.

17 Similiter etiam responderetur ad tex. in cap. Cum inferior,
 de mai. & obed. ubi Archiepiscopus Colocens. Ecclesiam Cath-
 edralem erexit. Nam responderetur factum fuisse de Sedis
 Apostol. licentia, & autoritate ipsius: ut not. Gloss. ibi
 verb. Cathedralis: ita haec duo jura interpretatur Petr. de
 Perul. tr. de union. q. 4. n. 2. sed de hoc latius infra.

18 Quia tamen temere ab aliquibus hanc potestatem Rom.
 Pont. limitare sub certis cancelli conatum fuit, latius hanc
 materiam tractabimus probantes Sole ipso clariorem do-
 ctinam, que alias probatione non indigebat; prout etiam
 idem institutum jam antea feliciter assecutus fuit, Lotr. d.
 cap. 11. per tot. licet enim ex supra dictis satis constaret,
 melius est cum Salviano lib. 1. de provid. dicere: *Quamvis ut*
 19 *reor non mediocriter probaverimus que proposuimus, sed addu-*
imus tamen adhuc se placet quodam, quia melius est plus pro-
bare aliquid quam necesse est, quam minus forsitan quam negotijs
debeatur.

20 Nemini enim dubium est Cathedralis Ecclesiam sine
 Episcopo esse non posse, cum ipse sit Caput; Capitulum au-
 tem ipsius membra: at Episcoporum creatio ad solum Rom.
 Pontificem privative ad alios spectat, ut late probavimus
 cap. 1. & prosequitur S. Leo Papa Epist. 87. alias 89. Et ha-
 betur in c. Dominus, 19. dist. c. Quoties, 24. quest. 1. late
 Suar. de parit. tom. 4. disp. 2. sec. 1. num. 10. Merito igitur
 & Ecclesiam ubi Episcopus praesidet erigere, ad ipsum, ad
 21 quem Episcoporum creatio spectat, pertinet; cum talis
 Ecclesia, id est Cathedralis dici non possit nisi in ea sit Epis-
 copus: ita argumentatur Azor. d. c. 30. q. 2.

22 Confirmatur; quia Parochia Papae totus Orbis dicitur,
 qui illi pro Diocesi deservit, & Episcopi sunt in suis
 Diocibus ipsius Vicarii; ut notavit Gonz. dist. §. 1.
 proam. numer. 7. & 8. Ex quo fit quod Territorium totius
 mundi sub jurisdictione sit Rom. Pontificis; & ideo jurisdi-
 ctionem habent inferiores illius subalternatę ad ipsum qui
 illam concessit, & cui totus mundus stat pro Diocesi: So-
 23 cini. senior conf. 237. num. 1. col. 2. lib. 2. Aymon. conf. 128. n.
 2. unde erigere aliquam Ecclesiam in Cathedralis ex Col-
 legiaria five Parochiali; vel ex Cathedrali in Metro-
 politanam; illiusque statum mutare, ad ipsum spectabit;
 ut voluit Loterius d. lib. 1. q. 11. in princ. ex num. 11. & cir-
 ca Diocesum assignationem post erectionem Cathedralis,
 videndus Buratus decif. 19. 12.

Nec Legatus a Latere, etiam si S. R. E. Cardinalis fuerit,
 talem habebit auctoritatem & prerogativam: nam cum
 24 ex iuribus sup. in princ. allegatis satis constat hoc fuisse refer-
 vatum Romano Pontifici, certum est nequitiam Legato
 competere, cum Legatus a latere circa reservata Pontifici
 nullam habeat facultatem ex generali commissione: Boer.
 25 trac. de potest. Leg. a lat. num. 24. Cochier de Jurisd. Ord. in
 Exempt. p. 1. q. 3. n. 3. & p. 4. num. 3. Peregrinus de Jure fisci
 lib. 1. tit. de his qui Jur. fiscal. hab. num. 74. DD. in dist. c. quod
 translationem, de offic. Legat. Itaque cum Rom. Pontificis
 26 appellatione Legatus non veniat, ut per plures quos sequi-
 tur Guttier. de Juram. consir. 1. p. c. 52. num. 6. & erectio Cath-
 edralium Romano Pontifici specialiter fuerit reservata,
 in signum auctoritatis & specialis privilegij, ad Legatum
 27 minimę pertinebit: ex Anton. Monac. decif. Bonon. 28.
 num. 11.

Nec facit contra supra traditam doctrinam, Legatum de
 latere cognoscere de causis Exemptorum qui immediate Sedis
 28 Apostolicę sunt subjeti, ut voluit Eman. Roder. quest.
 Regul. tom. 2. q. 62. art. 1. Cochier de iure Ord. in Exempt. p.
 2. q. 2. num. 7. & alii: Quia responderetur hoc speciale fuisse
 in Jure dispositum, ex tex. in cap. veniens, de verb. signif.
 in 6. juncto cap. si Abbatis, de elect. eod. lib. idē nihil ad
 facultatem novas Cathedrales erigendi conducere.

Similiter & etiam Legato prohibetur Cathedralis Ec-
 29 clesiam sua Cathedralitate privare, cum hoc fit quoque re-
 servatum summo Pontifici sicut ipsarum erectio: ea ratio-
 ne, quia Legatus nihil facere potest quod in violationem
 30 Juris communis tendat: Abbas in c. fin. num. 2. de consir. uti-
 vel inutil. Boer. trac. de potest. Leg. de lat. numer. 44. Villa-
 diego eod. trac. p. 1. q. 99. num. 64. Cum ergo de jure commu-
 ni totum hoc Romano Pontifici competat, Legato prohi-
 31 beri dicendum est, cum solius fit Papę Episcopos deicere,
 vel Episcopatus suppressere; ut bene notavit Azor. d. 2. p.
 lib. 6. c. 30. q. 2. Mone. d. c. 11. n. 253.

Confirmatur etiam ea ratione, videlicet; ideo Episcopus
 32 Ecclesiis inferiores sui Episcopatus & earum statum potest
 mutare, quia jus habet Ecclesias in sua ditione constitu-
 tas administrandi & regendi, c. Ad audientiam 1. de Eccl.
 dist. Azor. d. q. 2. ver. ceterum, at Romano Pontifici omnes
 Ecclesię Orbis subiacent, ut notum est, & proba-
 tum reliquimus: ergo earum statum mutare, seu de novo
 erigere in Cathedralis, ad ipsum specialiter pertinet: cum
 33 cum nullus alius in toto Terrarum orbe reperitur, cui tale
 jus competere possit.

Imo quod magis est, nec Concilium generale legitime
 34 congregatum poterit absque auctoritate Rom. Pontificis
 statum Ecclesie mutare, ut notum est, & Cathedrali in non Cath-
 edralem, vel contra, ea ratione, quia tale Concilium
 semper est auctoritate Romani Pontificis coactum, & ce-
 lebratum, neque ideo aliquid contra eum potest vel sta-
 tuere vel derogare, c. Significasti, vers. Avnt in Concilijs,
 de elect. late Moneta de comm. ult. volunt. c. 10. q. 10. concl.
 8. at totum hoc jus circa has Ecclesias Rom. Pontifici com-
 35 petit, ut probatum reliquimus: ergo sine ipsius autori-
 tate Concilium generale nihil facere potest. Prosequitur
 idem Moneta, cap. 11. num. 269. Ad hoc ergo ut Ecclesias
 36 Cathedrales possit erigere, auctoritas summi Pontificis re-
 quiritur in Concilio, sicut etiam ad Sanctos Canonizandos,
 cujus rei potestas Romano Pontifici pariformiter reservata
 est: ita in puncto Contilorus de Canoniz. Sancto. cap. 7.
 num. 10. usque ad 19.

Similiter etiam nec Cardinalium ceteris ex eadem ratione
 37 hanc habebit facultatem, nam vivente Romano Pontifice,
 quam ipse mortuo: quia ceteris S. R. E. Cardinalium nul-
 lam jurisdictionem habet extra foveam Collegium: late Mo-
 38 neta, c. 5. q. 6. concl. 1. post alios: ad idem late Contilorus
 c. 6. per totum, quorum jurisdictione Sede vacante non am-
 pliatur nisi ad accelerationem Successoris eligendi, & alia
 39 quaedam expressa in Clem. ne Romani, de elect. junct. tex. in
 c. ubi periculum, eod. tit. in 6. vel in quibus per Juris dis-
 positionem cautum non est: Contilorus, dist. c. 7. num. 19.
 Cum ergo mutatio status Cathedralium factis Canonibus
 repugnet, nisi Romani Pontificis auctoritate fiat; ideo
 38 Col-

Collegium nullam ad id prerogativam habebit: quia per
 Collegium Cardinalium Sede vacante decretum Summorum
 Pontificum nec immutari, nec alterari valet: Barba. con. 1.
 n. 1. Henricus Boich. de Simon. p. 3. n. 124. Manfredus decif.
 126. sequitur Julius Lavo. Variarum lucubr. at. Jur. tom. 1. tit.
 3. cap. 3. n. 10. ex d. Clemen. ne Romani, de elect.
 39 Collegium igitur S. R. E. Cardinalium, vivente Roma-
 no Pontifice, si forte captus fuerit ab hostibus, habet qui-
 dem regimen Ecclesie; ex Jacobatio de Conc. lib. 4. art. 3. a
 num. 1. ad 36. & a numer. 40. usque ad 54. Monet. de Conser.
 cap. 4. quest. 2. in 2. supposito. Tamen quando adest necessi-
 tas aliqua, & Papa non potest providere, quia aliqua in-
 40 firmitate detinetur, defectus ille supplendus est per Vicari-
 um ab eodem Sanctiss. D. N. deputandum si velit, vel faci-
 at, aut per Coadiutorem Papę a cetero Cardinalium nomi-
 nandum: per tex. in c. Si Episcopus, de supplen. negli. Pra-
 lator. in 6. cui adde Panvin. de potest. Capit. Sede vacante. q.
 1. num. 4. Layman in quest. Canon. Eccl. elect. q.
 104. lit. A. ergo sicut Episcopo ab hostibus capto Capitulum
 41 tamquam Sede vacante gubernat; ita eodem modo Sum-
 mo Pontifice capto, ceteris Cardinalium gubernabit, qui
 sunt ejusdem generis cum Pontifice Maximo; per ea que
 42 tradit Sanchez in sum. 1. lib. 2. c. 10. n. 44. ea ratione, quia
 unum Corpus faciunt cum Papa, sicut Canonici cum Epis-
 copo: Barbof. de univ. in Eccl. lib. 1. cap. 4. n. 18. Et sunt
 43 fratres Papę. Fundamenta, §. Decret. de elect. in 6. ubi DD.
 sicut Canonici sunt fratres Episcopi: c. Quanto de his que
 sunt a Pralat. prosequitur Chassan. in Catal. glor. mun. 4. p.
 44 confid. 35. §. 3. Praesertim dum occurrit necessitas, quia hoc
 casu facultas Collegij prorogatur: per ea que tradunt Mo-
 ne. & Jacoba. loc. sup. cit. qui num. 54. notavit, quod quan-
 45 do Jurisdictione exerceatur per Vicarium, tenetur ea uti de
 consilio Cardinalium. Quod ego, salva pace, nequaquam
 admitto; nam hoc in Jure cautum non reperio: unde Vi-
 carius ille, sicut ceteri, liberę gubernare poterit: quid-
 quid sit anidem possit Collegium totum, quod potest Vi-
 carius; & de honestate saltem, ubi commodę fieri potest,
 consilio uti eum debere putaverim.

Nec obstat, Collegium Sede vacante habere omnem ju-
 46 risdictionem Papalem, saltem in habitu, ut voluerunt re-
 lati a Monet. d. c. 10. num. 302. quod comprobatur ex tex.
 47 in c. uni. §. Omnem personam, de Schismat. lib. 6. ubi Boni-
 factus VIII. prohibet ceteris Cardinalium absolvere ab ex-
 communicatione Papa reservata: ergo sequitur quod si
 hoc prohibuit non esset, facultatem haberet; cum argu-
 48 mentum a contrario sensu validissimum sit: L. si quis locu-
 plet, §. 57. ff. de man. test. c. Qualis, 25. dist. c. Cum Apo-
 stolica, de his que sunt a Pralat. latissime Barbof. in Prin-
 cipia hris. lit. A. verbo, argumentum, num. 130. & seq. ubi
 citat quamplurimos: late Euerardus loco, a contrario sen-
 su, pag. mibi 247. Tiraq. de retract. tit. 2. §. 2. glof. unica,
 num. 2. in fine.

Nam responderetur nequaquam potuisse, etiam cessante
 49 hujusmodi prohibitione; cum expressa fuerit jam in dist.
 Clem. ne Romani, in princ. & in d. c. In d. c. Vbi periculum: fa-
 50 cultas Cardinalium, que tantum extenditur ad accelera-
 tionem novi Successoris eligendi; & quolibetsumque neces-
 sitas urget, & toti Collegio expedire videtur: late Mone. ex
 d. n. 102. usque ad 106. Imo nisi omnes concordent, factum
 51 quia id expresse cautum reperitur in tex. in d. c. Vbi periculum,
 de elect. in 6. ubi omnibus & singulis: ita Gloss. verb. & singulis:
 quam sequitur Sanchez in precept. Decret. 1. lib. 2. c. 10. n. 44.
 & hac ratione non valet argumentum a contrario sensu:
 quia est contra legis dispositionem: c. Cum virum, de Re-
 gular. c. A nobis, 2. de sent. excom. tenent innumeram relati
 Barbof. supra, n. 111. Collegium igitur five ceteris S. R. E.
 Cardinalium non succedit in potestatem ac Jurisdictionem
 52 Papę, nisi quatenus apparet expressum: ut ex Imola
 & Ancharato docet Contilorus de Canon. Sancto. cap. 6.
 num. 2.

Ex qua doctrina expresse colligitur, quod facultas eri-
 gendi aliquam Ecclesiam in Cathedralis, five illius ita-
 tum mutandi, vel alterandi, tantum potest attribui ceteri

Cardinalium ubi necessitas urgeret, Romano Pontifice ab
 53 hostibus capto, vel infirmitate detento, five loquiquis
 agente, quando videlicet Ecclesiam non possit ipse commo-
 de gubernare, vel Sede Pontificali vacante; & tunc omnes
 deberent causam approbare: ea ratione, quia hujusmodi
 erectio inter alia in Summo Ecclesie Pastori reservata exi-
 stit, ut si aliquo casu etiam toti ceteris Cardinalium permit-
 54 tur, id nemine discrepare fieri debet: ex dictis. Tan-
 tus honor Cathedralibus tribuitur, ut earum protectionem
 & curam temporaliter Romani Pontifices sibi refer-
 vaverint.

Quare verior semper & tenenda sententia est, Collegium
 Apostolicum Sede vacante nullo succedere in omnem juris-
 55 dictionem Pontificis, nisi quatenus ea Jure permittitur,
 modis supra explicatis, & precipue pro Terra Ecclesie de-
 fendenda: ut latius ex DD. allegatis patet; precipue
 Moneta, Sanchez & Lavo. Azor. inst. moral. p. 2. lib. 4. cap.
 3. q. 1. & tradunt DD. communiter in d. c. Vbi periculum, &
 in d. Clem. ne Romani: ubi omnes hanc materiam pertra-
 ctant: adesteque etiam specialis constitutio Pii IV. incipit,
 eligendis: dat. Rom. Idub. Octob. anno Domini 1562. in Bul-
 lar. no. tom. 2. pag. 91. & est 63. in ordine. Campan. diver. for.
 Cano. rub. 7. cap. 6. n. 76. Barbof. de Priv. Jur. Eccl. lib. 1. c.
 4. n. 91. Contilorus d. c. 6. n. 23. & 4.

Similiter etiam non obstat, quod cum Cardinales Roma-
 num Pontificem creare queant, quod magis est; multo
 56 etiam melius in Jurisdictionem ipsius Sede vacante succedat,
 cum Capitula Cathedralium succedant, que nullo
 modo Episcopum creare valent: & argumentum procedere
 videtur, cum sit de majori ad minus. Collegium itaque
 Cardinalium in hoc est deterioris conditionis quam alia
 57 Collegia: ex Cardin. Vitali, & Barbat. observat Contilo-
 rus de Canoniz. at. Sancto. dist. cap. 6. num. 2. rationem
 reddens, quia potestas Collegij S. R. E. Cardinalium est po-
 testas ab homine; potestas vero Papę, a Deo: unde nec
 ad ipsos transit.

Quibus non obstantibus, nostra semper opinio tenenda
 58 est; quam communem dicit Azor. loc. sup. cit. qui bene re-
 spondet ad argumentum, dicens: infirmam esse hujusmo-
 di argumentationem in his que sunt jurisdictionis; quia id
 quod majus est natura, distinguitur ab eo quod est minus:
 unde concessio uno alterum concessum nequaquam videbitur.
 Unde non erit abs te inquirere, cur S. R. E. Cardina-
 59 libus hoc denegetur, quod quibuscumque Ecclesiarum
 Cathedralium Canonice conceditur, cum valeat argumen-
 tum de Collegio Cardinalium Sede Apostolica Supremo
 destituta Pastore, ad Capitulum Canonico. Sede
 Episcopali vacante, ex Saravia, de adiutis, quest. 17. nu-
 mer. 17.

Quod sane passim non invenies apud DD. Verum id ma-
 60 xima cum ratione ordinatum fuit, ne facultatis suis, &
 illis diutius utendi causa, electio Successoris Romani Pon-
 tificis differretur, cujus dilationis causa tot mala in Ec-
 61 clesia sancta Dei oriri possent. Unde cum ad Canonice hujus-
 modi electio Episcoporum non pertinet, hoc malum non
 imminet; nec si immineret, tot mala evitente pos-
 sent: satis ergo Ecclesia judicavit hoc privilegium
 summis Patribus S. R. E. Cardinalibus denegare, etiam si
 nunquam occurrere posse tantam ambitionis ansam, ex qua
 in Ecclesia tot mala acciderent possent, notavit eleganter
 62 Azor. d. p. 2. lib. 4. c. in princ. Nec inde sequitur quod Sede
 vacante Ecclesia universalis erit sine Pastore, & sine Capite,
 quod maximum inconveniens est; ex text. in cap. 11. in
 princ. de homicid. in 6. Nam cum Christus Dominus Spon-
 63 sus, Pastor, Rector & Caput sit suę universalis Ecclesie,
 deficiente Vicario, non propterea deficit Caput: ita Gloss.
 in d. Clemen. ne Romani: in princ. Contilorus c. 7. num. 19.
 & 20.

Confirmatur nostra conclusio: nam licet Episcopatus
 64 Petri a Christo Domino immediatę pendat, tamen Cath-
 edralium Ecclesiarum principium ex illo schismate, de quo
 in superiori Capite mentionem fecimus, originem traxit;
 & proindeque Dioceses mox assignate fuerunt, non statim
 sed successu temporis; ut etiam superiori Capite tractatum
 reli-

Legatus à Latere etiam S. R. E. Card. non potest erigere Cathedralium, 24.
 Legatus circa Reservata Papa nihil potest, 25.
 Romani Pontificis appellatio Legatus non venit, 26.
 Reservatio erectionis Cathedralium Romano Pontifici quare facta fuerit, 27.
 Legatus de Latere cognoscit de Exemptis, Sedi Apostolica subiectis immediate ex speciali decreto, 28.
 Legatus non potest privare Cathedralium sua Cathedralitate, 29.
 Legatus nihil potest facere in violationem Iuris communis, 30.
 Episcopus deicere, vel Episcopatus suppressere, solus est Papa, 31.
 Episcopus quare Ecclesiarum sui Episcopatus potest statum mutare, 32.
 Nec Concilium generale statum Cathedralis mutare potest, 33. & seqq.
 Nec contra constitutiones Papales potest statuere, 34.
 Nec Cardinalium catus potest Cathedralis erigere, etiam Sede vacante, 35.
 Catus Cardinalium nullam habet iurisdictionem extra Collegium, 36.
 Sede vacante ad quid extendatur eorum iurisdictione, 37.
 Collegium Cardinalium sede vacante decreta Summorum Pontificum mutare non potest, nec alterare, 38.
 Collegium Cardinalium quando vivente Papa habeat regimen Ecclesie, 39.
 Papa non valent gubernare, per Vicarium supplendum est à Cetu Cardinalium nominandum, 40.
 Episcopo ab hostibus capto, Capitulum ut Sede vacante gubernat, 41.
 Cardinales respectu Papa, sunt velati Canonici respectu Episcopi: & quare, 42.
 Canonici sunt fratres Episcopi, 43.
 Dum occurrat necessitas, facultas prorogatur, 44.
 Vicarius Papa qui universalem iurisdictionem exercet, an tenetur ea uti de consilio Cardinalium, 45.
 Collegium Cardinalium Sede vacante an habeat iurisdictionem in Papa in habitu, 46.
 Collegium Cardinalium, Sede vacante, non potest absolvere ab excommunicatione, Papa reservata, 47.
 Argumentum à contrario sensu validissimum, 48.
 Non valet contra dispositionem legis, 49.
 Facultas Cardinalium Sede vacante extenditur ad accelerationem Successoris eligendi, 50.
 Nisi omnes concordent, factum non tenet in his que possunt, 51.
 Argumentum à contrario sensu non valet contra legis dispositionem, 52.
 Catus Cardinalium quo casu possit Cathedralium erigere, vel illius statum mutare, 53.
 Collegium Cardinalium in quo succedat, Sede vacante, 54.
 Succedit pro Terra Ecclesie defendenda, ibid.
 Cardinales quare succedentes in electione Papa, in ceteris non succedant: & Cathedralis è contra, quibus electio Episcopi non competit, 55.
 Argumentum de maiori ad minus non valet in his que sunt iurisdictionis, 56.
 Argumentum valet de Collegio Cardinalium respectu Papa, ad Capitulum Cathedralis quoad Episcopum, 57. & antecedit.
 Cardinales sui iurisdictione Papa succederent, Papam non eligerent, 58.
 Ex ambitione immutata maliguntur, 59.
 Ecclesia Universalis merito Papa non est sine Capite, ibid.
 Diocese quando divise, 60.
 S. Petrus Apostolus & alios misit ad predicandum, 61.
 Facultas erigendi Cathedralis delegata non reperitur, 62.
 Romanus Pontifex an teneatur petere & sequi consilium Cardinalium in erectione Cathedralis, 64. & seqq. 72. & seqq.
 Consilium Cardinalium in arduis petendum à Papa, 65.
 Papa ex honestate petit in his casibus Consilium Cardinalium, 66. 73.

Papa potestas supernaturalis, suprema quoad spiritualia, 67.
 Ideo coarctari non potest, 68.
 In Regibus, & Principibus secularibus an contrarium procedat, 69.
 Consuetudine potest prescribi quod Princeps secularis absque Proceribus ardua definire possit, 70.
 In Romano Pontifice contrarium procedit, 71.
 Possessio S. R. E. Cardinalium circa consultationem ipsorum in arduis non obstat: & an requiratur eorum consensus, 72.
 Consilium petit Papa respectu necessitatis directive, non coactiva, 74.
 Papa in rebus fidei non tenetur consilium Cardinalium exquirere, 75.
 Decreta politica Concilii generalis Papa mutare potest, 76.
 Clausula de Fratrum nostrorum consilio quomodo intelligatur, 77.
 Consilij & consensus petitionis differentia, 78.
 Consilium pro consensu sumitur lato sumpto vocabulo, & quare, 79.
 Consensus consilij non requiritur nisi in casu quem lex exprimit, 80.
 Etiam stante consuetudine Papa solus potest ardua definire, 81. 84.
 Ardua posse definire solum Papam, S. R. E. Cardinales defendunt, 82.
 Etiam si dum erat Cardinalis iraverit ea non facere, 83.
 Vt obliget horamentum, veritas, iudicium, & iustitia requiruntur, 84.
 Consensus quando requiritur pro forma quomodo debeat adesse, 85.
 Consensus non sufficit quod postea intercedat in alienatione facta ab Episcopo sine consensu Capituli, 86.
 Consuetudine introduci non potest ut Papa non agat sine consensu Cardinalium, 87. & seqq.
 Ecclesia militans ad modum Triumphantis gubernatur in uno Capite quod omnia gubernat, 88.
 Principes seculares ardua expedire non possunt absque Proceribus, saltem ubi adest consuetudo, 89.
 Possessio consulendi Principem in arduis, an sit manutentibilis, 90.
 Potestas secularis à populo dependet, & ideo coangustari potest per consuetudinem, 91.
 Potestas Papa supernaturalis quod spiritualia; & ideo nullo iure potest limitari, 92.
 Papam posse ardua decidere absque Cardinalibus in iudicando, vera opinio, nec ab recedendum, 93.
 Papa omnes iudicat, & à nullo iudicatur, 94.
 Papa ardua expedire potest absque consilio Cardinalium de potestate absoluta, non de ordinaria, & de honestate, 95.
 Consuetudo convocandi Concilia pro arduis definiendis initio nascentis Ecclesie, qualis fuerit, 96.
 Quare Romani Pontifices Cardinales consulant in arduis: ibi remissive.
 Facultas erigendi Cathedralis delegari potest à Papa, 97.
 An aliquo tempore fuerit delegata, 98. & seqq.
 Apostoli an habuerint hanc facultatem, 99. & seqq.
 Text. in c. Quis nesciat, 11. dist. interpretatur, 100. usque ad 118. 126. cum sequentibus.
 Primi Christiani à S. Iacobo ad finem in Hispania conversi, à S. Petro Romæ Episcopi ordinati, 101. 134.
 S. Paulus, & S. Barnabas, à S. Petro acceperunt potestatem, 102.
 Provincie quomodo sorte date fuerunt Apostolis, 103.
 Apostoli quomodo Ecclesias fundabant, 104.
 Presbyter alim idem erat ac Episcopus, 105.
 In omnem terram quomodo predicatum Evangelium ab Apostolis, 105. & seqq.
 Vivente S. Petro fides publicata in omni terra habitabilis, 106.
 Conversio totius Orbis viventibus Apostolis incipit, 107.
 Apostoli an miraculose assortati in toto orbe predicaverint, 108.

Edictum Casaris Augusti ut describeretur universus Orbis, quo pacto intelligatur, 109.
 Apostoli ceperunt predicare Verbum Dei: post eorum verò obitum in omni terra publicatum qui dixerunt, 110.
 S. Iacobus in Hispania predicavit, 111.
 Magister Didacus de Espes laudatur, 112.
 S. Paulus in Hispania predicavit, 113. & seqq.
 Quo tempore in Hispaniam venit, 114.
 S. Paulus in civitate Detursensi S. Rufum Episcopum reliquit filium Simonis Cyrenæi, 115.
 Edificium Ecclesie S. Thecla Tarraconensis, S. Paulo attribuitur, 116.
 S. Paulus in Francia Episcopus reliquit, 117.
 S. Petrus fuit Cesar auguste, 118.
 Epistola ad Hebræos in Hispania à S. Paulo scripta, 119.
 In hac missione Apostolorum à S. Petro, facultatem erigendi Cathedralis an habuerint, 120.
 Alii Episcopi hac facultate donati ab Apostolis, 121.
 Hæus dispositionis ratio, & convenientia traditur, 122.
 Apostoli in singulis civitatibus Episcopi, & Presbyteros ordinarunt, 123.
 Exempla plura Episcoporum à SS. Apostolis ordinatum, 124.
 S. Mattheus Naddaver in civitate Æthiopicæ sumptuosissimum Templum in honorem Resurrectionis Dominicæ edificavit, 125.
 S. Apostoli nomine D. Petri omnia hæc faciebant, 126. & seqq.
 Assistentia Spiritus sancti quomodo reperitur in Delegatis à Papa, & in Concilio, ibid.
 Apostoli à Domino receperunt potestatem, sed S. Petro subiecti esse voluerunt, 127. & seqq.
 Can. 1. dist. 12. interpretatur, 129.
 Pereyro reprobat in interpretatione text. in c. Quis nesciat, 11. dist. sed legibus & constitutionibus stabiliri, 132.
 S. Barnabas primus Romæ fidem Christi disseminavit, 133.
 S. Barnabas Ecclesiam Mediolanensem fundavit, ibid.
 S. Lucas de mandato D. Pauli in Francia predicavit, 134.
 Et qui alii: ibid.
 Sacra Rota impugnatur in interpretatione ad Episcopos quos S. Iacobus in Hispania reliquit, 135.
 Dexter impugnatur circa eadem, 136.
 Dexter auctoritas & Murillo suspecta, & in quo? 137. 139.
 S. Iacobus quot in Hispania ad Christi fidem convertit, 138.
 Dexter & Vicarius expenduntur in puncto, an Apostoli Cathedralis fundaverint? 139. 141.
 Ecclesie B. Mariae del Pilar principium gloriosissimum, 140.
 Mittere Romanos novos convertos, non tollit quin Apostoli hanc facultatem habuerint à S. Petro, 142.
 Paulus de Castro reprobat dum dicit nullum Apostolorum fundasse Ecclesias, nec predicasse in Italia, Gallia, & Africa præter Petrum & eius successores, 143.
 Apostoli ubi Episcopos relinquebant, 144.
 Initio nascentis Ecclesie qui habuerint potestatem à Romanis Pontificibus erigendi Cathedralis, 145.
 Item Gregorius Nonus facultatem dedit Archiepiscopo Colocen- si, 146.
 Episcoporum electio à Papa potest delegari, 147.
 Episcopi Hispania quo tempore delegata facultas erigendi Cathedralis, 148.
 Et de aliis, 149. & seqq.
 Regibus Hispania in India Orientali, & quomodo, 150. & 166. & 199.
 Etiam fuit delegata cum facultate subdelegandi, 151.
 Delegatus eligens Episcopum, vel erigens Ecclesiam, illam non facit, sed Papa, 152.
 Quomodo hæc delegatione fiant, 153.
 Hæc delegatio strictissime accipienda est, 154.
 Dispenatio est odiosa; facultas dispensandi favorabilis, 155.
 Fallit in his que sunt reservata Papa, 156.
 Text. in c. cum inferior, de maior. & obed. interpretatur, 158.
 Mutationes Cathedralium auctoritate Pontificis ab inferioribus sunt, 158.

Principes seculares Cathedralis fundare quomodo intelligendum, 159. 162.
 Cathedralis fundasse Apostolos, & alios supra relatos, quomodo intelligendum, 160.
 Ereclio nove Cathedralis facta cum dismembratione non eget iustificacione, 161.
 Princeps quomodo asseritur Ecclesias Cathedralis mutasse, 162.
 Vbi nostra Hispania, pluribus exemplis, 165.
 S. Augustinus quomodo Episcopus electus à Valerio, 161. 162. & seqq.
 Episcopi quando prohibiti successorem designare, 163.
 Electio Episcopi tempore D. Augustini ad Clerum pertinebat, 164.
 Reges Hispania in partibus Indiarum Cathedralis mutant auctoritate Papa, 165.
 Reges Hispania quando facultatem non habebant erigendi Cathedralis, ad Papam mittebant, 166. & seqq.
 In erectione Nove Cathedralis an Principis requiratur consensus, & postulatio, 167. & seqq.
 Requiritur de congruentia, 169.
 EX dictis in superioribus Capitulis de facili colligitur, erectionem Cathedralium Ecclesiarum B. Petro, eiusque sanctissimis Successoribus Romanis Pontificibus semper reservatam fuisse. Quod etiam probatur ex text. in c. 1. de transl. Episc. c. 1. ne Sede vacante, c. Quod translationem, cum Gloss. de offic. Leg. ubi etiam Legatus eas erigere prohibetur, c. Felix, c. Præcipimus, 55. juncto S. Sicut, 16. quest. 1. extravag. 1. Joan. X. X. 11. que incipit: Sedis Apostolicæ ubi Gloss. verb. Duximus dividendam, juncta Extravag. sequenti. Tho. Sanchi in Const. mor. lib. 6. c. 9. dub. 7. num. 4. D. Joan. de Solorzano 2. tom. de Iure Indi. lib. 3. c. 4. num. 1. & in politica India. lib. 4. cap. 4. in princ. ubi innumeros referunt: Monet. de commut. ult. volum. c. 11. num. 278. Idemque dicendum est quando Ecclesia Cathedralis in Metropolitanam erigitur: ex text. in d. cap. 1. de transl. Episcop. Loter. de re benef. lib. 1. q. 11. num. 98.
 Similiter quando ex aliqua Cathedrali fit dismembratio, & ad alias Cathedralis erigendas, auctoritate solius Romani Pontificis fieri debet: Extravag. 1. que incipit: Salvator noster, de preb. inter Comm. c. Inter corporalia, de transl. Episcop. c. Mutationis, 7. q. 1. Tambur. de Iure Abb. tom. 2. 2. disp. 14. qu. 15. num. 20. ubi omnia que sibi Summi Pontifices referuntur recenset: probat latè D. Bernardus Episcopus 13. 1. ad Mediolan. Coll. Bellarm. controu. Cathol. lib. 4. cap. 24. controu. 4. in 5. ratione, colum. 1076. Gloss. in c. Sicut unire, verb. Pertinere, ubi DD. de exceff. Pralat. & ibi Othien. num. 1. Anchar. eod. n. Zabarel. num. 3. Selva de Benef. 2. p. 2. n. 10. Loter. de re benef. lib. 1. q. 11. in princ. Rebuff. in praxi, tit. de erecl. in Eccles. Cathed. num. 1. & 5. Azor. Inst. mor. 2. p. lib. 6. c. 30. q. 2. ad 4. Garc. de Benef. 12. p. c. 5. in princ. Gambarus de offic. Leg. tit. de vari. Ordin. nominib. num. 160. Barb. in col. ad text. in c. Præcipimus, quam pro more transcripti sit se ipso in trat. de Vniu. Iur. Eccles. lib. 1. cap. 2. num. 139. Idem Barbof. in Pafr. alleg. 50. num. 5. p. 3. Monet. de comm. ult. volum. c. 11. ex num. 251. Et de iure Hispano ex textus in l. 5. tit. 5. p. 1. que divisio Episcoporum facta fuit in Regnis Hispaniarum tempore Regis Ubamba Anno 304. ut suo loco dicemus. Quod in nostra Metropolitana Ecclesia Cesar Augustiana servatum fuisse, quando ad Metropolim fuit eveclta à Joanne XXII. anno 1318. observat Chopinus de sac. Polit. lib. 2. tit. 4. ex num. 10. usque ad 13. ubi totius ferè Orbis Episcopatus, eorumque dismembrationes, & Archiepiscopatum nomenclaturam refert: sequitur cum innumeris Cenedo in col. ad text. in c. Sicut unire, de exceff. Pralat. num. 2. que est Collect. 87. ad Decretal. quibus addendum Barbof. in Pafr. tit. 1. c. 7. post numer. 18. Alphonf. Mireo in tr. cuius titulus est, Episcopatus Orbis.
 Ex quo necessariò sequitur, etiam duos Episcopatus unire, ad ipsum solum Pontificem spectare: cap. Et temporis, cum seqq. 16. q. 1. d. c. Sicut unire, ubi Cened. cum pluribus num. 1. Garc. de benef. 12. p. c. 2. num. 60. Barbof. d. c. 2. numer. 147. ac per consequens in eis novas Dignitates erigere Gloss.

reliquimus: quo fit ut omnia ista B. Petro, & ejusque Successoribus, semper reservata fuerint, cum de jure ad ipsum solum pertinuerint, quia ipse solus in mundi varias partes Apostolos, & alios quoscumque ad predicandum Dei Evangelium post Spiritus sancti adventum misit: ut notavit Ancharan. in c. *Fundamenta*, vers. *Ab ipso, de elect.* lib. 6. Stephanus de Gaeta in cap. *Adlimina*, 30. q. 1. m. 6. Merito ad ipsum tantum spectare dicendum est: cum delegata aliis non reperiantur, & Regula fiat pro Papa: argum. eorum quae tradit Anchar. *conf.* 373. n. 3. Lotter. *de re benef.* lib. 1. cap. 11. num. 17.

61 Pariformiter etiam Metropolitanam Sedem erigere, & sic statum alicujus Ecclesiae alius erigere, ad ipsum tantum privative spectat: quod eisdem argumentis aperte probatur, & ex juris & DD. supra relatis constare videtur: & in terminis est text. in l. *unic. C. de Metropol. Beryto*, lib. 11. sequitur Lotter. *ubi proxime*, num. 98. Cened. *dist. collect.* 87. ad *Decret.* n. 1. & omnes ferè DD. nostram opinionem sectantes.

64 Verum licet Romani Pontificis Potestas tam ampla sit, tamen dubitari potest an quoad nova Sedes Episcopalis erigitur, Consilium Cardinalium petere & sequi teneatur, cum privilegium hujus amplissimi Dignitatis sit, in arduis Eminentissimorum Cardinalium petendum esse Consilium, c. *Per venerabilem*, vers. *Sunt autem*, qui *filii sint legit.* c. *Fundamenta*, §. *Decet*, de *elect.* lib. 6. notat Rebuff. in *Concor. tit. de approbat. gloss. de eorum Consilio*, pag. 519. in *fin.* & videre est per plures quos citat Azor. *Instr. Mor.* 2. p. lib. 4. c. 4. *quæst.* 19. Mencha. *controv. Illustr.* lib. 1. cap. 23. latè Franc. Marcus *decis.* 1122. n. 28. Barbof. in *Pastor. d. alleg.* 50. ex n. 5. cum aliis. Latè Contilorus *de Canoniz. Sanct.* c. 9. ex n. 2. de consuetudine testatur.

66 In qua difficultate communis & vera Doctorum sententia tenet, sub nullis angustiis Romani Pontificis auctoritate arctari, sed totum hoc ex quadam honestate & humilitate ab ipso fieri, ut melius gubernatio S. R. E. procedat, & in omnibus utior ipsi resolutioni nascatur, Spiritu sancto dicitur: ut notavit Flam. Paris. *de rescript.* lib. 3. qu. 18. num. 124. Contilorus d. c. 9. num. 44. ea videlicet ratione; nam cum Romani Pontificis potestas supernaturalis & suprema sit quoad spiritualia, *Extra. unam sanctam*, de *maior. & obed.* & culmen omnium Dignitatum, c. *Per venerabilem*, de *preben.* à nullo iure humano sive scripto, sive non scripto potest coartari, neque sub aliquibus coangulanti cancellis: arg. text. in c. *Tributum*, 23. *quæst.* 8. ibi: *Non Pontificalis apex subijci potest Regibus: quidquid in Regibus & Principibus secularibus procedat, cum eorum iurisdictione à Populi concessionibus dependeat, ut bene notavit Menchac. contr. illustr. dist. lib. 1. cap. 23. numer. 3. & 4. ubi per totum cum pluribus nostram conclusionem defendit: Azor. *Instr. Moral.* d. 2. p. lib. 4. cap. 3. *quæst.* 19. vers. *Communis*.*

70 Ex quo fit quod consuetudine potest praescribi, ne Princeps secularis sine Proceribus ardua diffinire possit; secus autem in Romano Pontifice: nam cum in ejus potestate spirituali nihil habeat Populus, nihil etiam contra ipsum potest praescribi: ex Menchac. *ubi prox.* n. 4.

72 Ex qua doctrina facile responderetur ad consuetudinem S. R. Pontificum, qua ardua quæ negotia de Consilio S. R. E. Cardinal. expedire consueverunt; de qua possessione testatur Mart. Lau. *tract. de Cardin. pri.* q. 2. Barbat. *tract. de prescript. Cardin.* & *conf.* 40. v. 4. dicentes non solum de eorum consilio, verum etiam consensu, ardua negotia Rom. Pontifices debere expedire: qua ratione moti plures, quos citat Mench. d. c. 23. n. 2. contrariam sententiam tenuerunt; quos secutus fuit Rebuff. in *Concord. tit. de approbat. gloss. de eorum consilio*: pag. 519. in *fin.* & videndi sunt citati à Contilor. d. c. 9. in *prin.* Nam id omne potius ex quadam urbanitate & humilitate S. D. N. fit, quam ex text. in d. c. *Fundamenta*, §. *Decet*, de *elect.* in 6. cujus verba, magis ad honestatem consulendi, quam ad necessitatem referuntur. Et ideò DD. contrarium afferentes intelligendi sunt, ut Consilio Cardinalium potius procedat respectu necessitatis directivæ, & intrinsecæ; non verò respectu necessitatis

coactivæ & intrinsecæ: nam alio modo constituerentur Iudices supra ipsum Romanum Pontificem: contra text. in c. *Nemo*: 9. qu. 3. ita declarat Cardin. Paleotus de *sacro cons. consulti.* p. 1. *quæst.* 3. in *resp.* ad 3. *argum.* & cum Abbate tenet Barbof. in *Past. d. alleg.* 50. n. 5. qua ratione moti eandem opinionem secuti funt innumeri; quos sequitur Mencha. d. n. 3. Chalfan. in *Catal. gloss. mun.* p. 3. *conf.* 47. Cevall. *com. contra commun.* q. 645. num. 3. & alii quos sequitur Barbof. de *Vniu. Ju. Eccl.* lib. 1. cap. 4. m. 89. Contilorus in d. c. 9. per totum: Imò neque in rebus Fidei consilium Cardinalium tenetur exquirere, neque id sequi; sed ipse solus potest decidere; ut bene cum pluribus notavit Mascardus de *probat. concl.* 262. m. 56. & 57. qui bene ait, in his rebus errare non posse: ut Communis tenet, & probat num. *sequenti*, & ideò Papa decreta politica Concilii Generalis regimem Ecclesiae spectantia mutare potest, licet de facili ad tales mutationes numquam moveatur: de quo vide latè Franc. Marcus *decis.* 456. ex num. 18. usque ad 23.

Neque illud, quod contrarie sententiae DD. pro ipsius conclusionis munimine adstruunt, quidquam facit, dicentes: in omnibus his communiter adesse clausulam illam, de *Fratrum nostrorum consilio*: Quia relicto communi responso dicentium eam positam esse ex honestate, & non ex necessitate, quod tradit Barb. *sup. n.* 90. ex eo deduco veritatem nostræ opinionis potius quam contrariæ confirmationem: nam eo ipso quod consilium peti, videtur sub ipsius voluntate esse, & sic non subiacere illis in his rebus: secus autem esset *fid. de consensu* S. R. E. Cardinalium expedire: ut tenuit Glof. in c. *uni.* §. *fin.* ne *Sede vac.* vers. *Cum consilio*, num. 4. Et licet frustratorum videretur consilium nisi pro consensu acciperetur, quare latè sumpto vocabulo sic accipi testatur Cuman. *conf.* 55. n. 3. tamen diversa esse notavit Oldrad. *conf.* 44. in *fin.* qui ait, quod nunquam censetur necessarius consensus Consilii, nisi quando Lex, vel Canon id expressit: cum ergo ex nullo Canone hæc necessitas deducatur, imò etiam contrarium probetur; neque Summo Ecclesiae Pastori hoc onus iniungi debet, quando omnia sua voluntate gubernat, nullum in Terris Superiorem agnosces: imò ipse superioritatem quoad omnes exercens in spiritualibus.

Praeterea licet ista necessitas per hanc consuetudinem daretur, tamen ex hoc, nullo modo Romani Pontificis potestas ardua negotia sine consilio expediendi coartata esset, quæ contraria consuetudine non obstante semper illa manet, ut est communis per Joan. de Anan. in c. *Firmis*, de *heret.* latè Barbat. *con. 1.* col. 18. lib. 1. qui veriorer agnoscit hanc sententiam, contraria relicta, licet eam docuerit in *tract. de prescript. Cardin.* qu. 2. & ideò nostram etiam defendit Mencha. d. c. 23. n. 2. in *fin.*

Quare nostra opinio in tantum est vera, ut etiam ipsi S. R. E. Cardinales eam fateantur: ut videre est per ea quæ tradunt Cardin. Paleotus de *consul. sac. Consist.* 1. p. q. 3. *art. 2. cum sequent.* Jacobatus sibi contrarius communem dicens in *tract. de Concil.* lib. 7. *art. 5. vers. 8. facit pag.* 465. & 488. Cardinalis Albanus *tract. de Cardin.* c. 39. Cardin. Alexandrinus in c. *Institis*, in *prin.* 4. *dist.* Cardinal. Terrecce. in c. *Cum Redemptor*, 12. qu. 2. idem communem dicens in *cap. ait Lex*, §. *ideo*, 4. *dist.* Imò quod magis est, etiam si Roman. Pontifex dum erat Cardinalis aliquid iuraverit facere si ad summum Apostolum esset assumptus, v. g. ardua negotia non expedire absq; Collegii consilio, nequaquam Pontifex creatus teneretur implere, ex quo omnia sine ipsis expedire potest, & huc iuramentum deficit iudicium, cum ipse potestas à Deo solo dependeat: c. *Quamvis*, *dist.* 21. unde cum hoc deficiat, quod est una ex partibus quæ iuramentum validum efficiunt, videlicet veritas, iudicium, & iustitia; nequaquam ipsum sequi tenetur: latè Flam. 84. *Par. de rescript. benef.* lib. 3. q. 18. ex n. 100. & 119. præcipue n. 123. & 124. plures apud Barbof. in *collect.* ad *text.* in c. *Si Papa*, 40. *dist.* n. 21.

Et ita licet non præcisè tractaretur quæstio de consilio, sed de consensu: adhuc hæc potestas Rom. Pontificis coangulanti non poterat: quia quando consensus requiritur à lege pro forma, tunc debet intervenire per modum solemnita-

tis, & alio modo factus actus erit nullus: ut in alienatione facta ab Episcopo sine consensu Capituli, voluit Redoan. de *rebus Eccl.* fol. 182. num. 1. Abbas in c. *Quia noñcitur*, num. 3. de *rebus Eccl.* latè Rota in *Triventina Beneficii*, 21. *Nov.* 1629. coram *Queipo*: quod cum non reperitur in nostro casu, libertatem Romani Pontificis circa erectionem Cathedralium in Jure non restrictam restringere non debemus.

87 Licet enim adfit consuetudo ardua negotia non expediendi absq; consilio Cardinalium, & Cardinales sint in ea possessione, ex Joan. Monacho, in c. *Super eo*, de *heret.* lib. 6. Panorm. & aliis quos sequitur Fran. Marcus *decis.* 1122. num. 28. & diximus supra: tamen consuetudine non potest introduci ut Papa non agat sine consensu Cardinalium, quia esset præscribere contra supremam Potestatem, contra quam non currit præscriptio: ea ratione, quia Ecclesia Militans gubernatur ad modum Triumphantis, in qua sicut unus est Deus cui omnia obediunt, ita in hac unus est Christi Vicarius qui habet potestatem Clavium Ecclesiae, omnibus præscribendo: & ita re melius considerata defendit idem Fran. Marcus *decis.* 1297. ex num. 5. usque ad 7. contra id quod docuerat d. *decis.* 1122. num. 28. Unde contraria consuetudo valere non potest, ut innumeris relatis observat Mencha. d. lib. 1. *controv. Illustr.* cap. 23. num. 2. circa *finem*.

89 Nec obstat quod Principes seculares non possunt ardua expedire sine Proceribus, saltem ubi adest talis consuetudo: ex Fran. Marco d. *decis.* 1122. num. 19. ex pluribus quos refert Mencha. d. lib. 1. *controv. Illustr.* cap. 23. cum aliis: Ex quo videtur, neque summum Pontificem sine Cardinalibus hujusmodi facultate uti posse: præcipue cum Cardinales sint in ista quasi possessione, quæ manentibus visa fuit, & servari debere per text. in c. *per venerabilem*, vers. *eisdem rationibus*: qui *folij sint legit* in Joan. Monac. & Fran. Marcus *locis superius citatis*. Nam respondetur quod quidquid sit de Regibus & Principibus secularibus (licet de jure crederem esse veriorer sententiam afferentium ipsos ardua quoque negotia absq; Procetum consilio expedire posse, ut videre est per innumeros relatos à Mencha. *ubi prox.* vers. *in contrarium tamen est recepta opinio*:) paritatem nequaquam probati: nam potestati Principum à Populi concessionibus procedit, ideoq; per consuetudinem potest moderari, coangulanti, & reprimi; cum omnis res per quascumque causas nascitur, per easdem dissolvatur l. *omnis res*, ff. de *reg. jur.* l. *nihil tam naturale*, cod. tit. cum *vulgatis*; at verò Pontificia potestas, utpote supernaturalis quoad spiritualia, sive scripto, sive consuetudinatio jure non potest coangulari, quidquid sit quoad potestatem temporalem, de qua similiter non tractamus, & profectus tenet Mench. d. q. 23. in *fin.*

93 In tantum enim est vera, recepta & tenenda nostra opinio, ut in iudicando & consulendo ab ea non esse recedendum dixerit Joan. Crocius *rub. de cons. lib. 6.* & ideò re melius considerata nostram sequuti fuerunt sententiam contraria, quam antea tenebant, relicta, Bald. in c. *Inter corporalia*, col. 2. in *prin.* de *transl. Episc.* Dominicus in c. *Super eo*, cod. tit. Andre. Sicu. *conf.* 1. incipit, *Ex sacris*: col. 9. vers. *ult.* Card. Jacobatus *loco superius citato*.

Ex quibus liquet vera semper & tenenda opinio, solius esse summi Pontificis facultatem erigendi Cathedralium, eamque in aliis, id est, Metropolitanam seu Patriarchalem Ecclesiam sublimandi, absq; ullius, quacumque fulgeat dignitate, consilio, seu assensu: quia in eo plenitudo potestatis reperitur, & perficitur, qui omnia judicat & à nullo iudicatur, neque ullis constitutionibus coartatur, imò ab ipsis exceptus censetur: c. *Hec est fides*, 14. q. 1. latè profectus Petrus Gregor. *Syntagma. In lib.* 1. s. c. 3. n. 5. quam fit lassimè tractatam videre velis, consule Barbof. in *collect.* ad *text.* in c. *Si Papa dist.* 40. ex num. 17. cum *seqq.* Contilorum qui in c. *Si Papa dist.* 40. ex num. 17. cum *seqq.* in *finem*: Sed tamen ista communi opinione retenta, ut meum iudicium exponam, & mentes omnium Doctorum, explicare valeam, dico; quod summus Pontifex ardua negotia potest expedire absq; consensu seu consilio Collegii

Eminentissimorum Cardinalium, si potestate absoluta seu suprema uti velit; et hinc de potestate ordinaria contrarium procedat, ex honestate scilicet, non tamen ex necessitate: c. *quanto*: de *his qui sunt à Prelat. sine consensu Capit.* Pet. de *Perul. tract. de Union. Eccl.* c. 4. m. 22. Et licet ab initio nascentis Ecclesiae adfit consuetudo convocandi Concilia, id fit non tam ad limitandam facultatem, quam ad media humana perquirenda quibus resolutio bona capiatur consilio Concilii vel Cardinalium: ut optime notavit Barbof. in *collect.* ad *text.* in d. c. *Si Papa*, 40. *dist.* n. 19. Si verò seire desideres causas, ob quas Romani Pontifices in arduis semper S. R. E. Cardinales consulant? vide Contilorum, d. c. 9. num. 44.

Et licet tam strictè sibi reservaverint Romani Pontifices hanc facultatem erigendi Cathedralia; tamen dubitari non potest quin eam potuerint delegare ex notatis à Cardinal. Turrecce. in c. *Quis nesciat*, 11. *dist.* latè Barbof. in *Pastor. de instr. Episc.* tit. 1. s. 1. num. 27. An verò aliquo tempore delegata fuerit? Curiosum erit inquirere: Et inprimis an talem facultatem habuerint Apostoli. In qua difficultate gravissimi Auctores ad invicem ex diametro pugnant, diversas sententias adducunt. Extat enim fortissimum argumentum desumptum ex *Epist. Innoc. 1.* ad *Episcopum Eugubinum*, cujus particula registratur à Gratiano in d. c. *quis nesciat*, 11. *dist.* & integra habetur tom. 1. *Epistoliarum*, *Epist.* 29. *eiusdem Pontif.* de qua etiam mentionem faciunt S. Isidor. *lib. 2. de offic. Eccl.* c. 26. Que etiam innovatur per Greg. VII. *lib. 2. Epist.* 64. ad *Regem Hispaniarum Sanctum*, in qua pro certo & constanti firmatur, nullum Apostolorum fundasse Ecclesias in Italia, Hispania, Gallia, Africa, Sicilia, & adjacentibus Provinciis, præter S. Petrum, vel ipsius successores: Cujus tanti Pontificis decreto in *Jure Pontificio* registrato, omnino standum esse resolvit Cardin. Baron. in *notis ad Martyrolog. Rom.* sub die 25. *Julij*, quem sequitur quoad hanc partem; licet in alia reprobet Magnus Castellæ Comestabilis in 2. *discursu super adventu S. Jacobi in Hispaniam*, contra eundem Cardinalem. Baronium, ad *Annum* 61. *dist.* fol. 588. per hac verba: *Aliud est convertere Infideles in Hispania, & aliud fundare Ecclesias, & Cathedralia instituire, nam primum ad omnes pertinuit Apostolos; secundum vero ad S. Petrum nisi Caput Ecclesie: atq; propterea ex eo quod S. Jacobus & S. Paulus predicaverint Evangelium in Hispania, non intelligitur quod fundaverint Cathedralia: nec minus ex eo quod S. Petrus miserit Episcopos in Hispaniam, quod etiam instituerit Cathedralia, ut scribit Greg. VII. intelligitur, sed illos fuisse primos predicatores Evangelii.*

Secundò pro hac parte facit universalis traditio Breviarii Roman. sub die 25. *Julij*, ubi expressè cavetur, quod S. Jacobus illos, quos in Hispania convertit, Romam misit, & ibi à B. Petro Episcopi ordinati in Hispaniam primi directi sunt: in cujus consequentiam etiam in festo Cathedralis S. Petri Romæ, die 18. *Januarii* in 3. *lect.* 2. *Nicurni*, sic legitur: *Iam Antiochenam Ecclesiam, ubi primus Christiani Nominis dignitas est orta, fundaverat.* Eandem opinionem, licet tot fundamenta non adducant, sequuntur Paulus de Castro *Consil.* 414. num. 2. vol. 1. Cardin. Turrecce. *tract. in d. c. Quis nesciat*, 11. *dist.* dum in illa generalitate Paulum excipit: quia predicavit in Hispania; & Barnabam, peculiari ratione, quia videlicet ambo habuerunt à S. Petro potestatem; ut habetur ad *Galat.* 2. Ideo de B. Paulo, quod talem facultatem habuerit, tenet Archidiacon. in d. c. *quis nesciat*, m. 2. & 3. 11. *dist.* Cardin. Tufchus *lib. 1. concl.* 3. n. 19.

Contrarium verò sententiam magis communem, & amplectendam existimo, quæ probatur, rem in suo principio investigando. Sancti enim Apostoli, ut etiam in *primo & secundo Capite* tetigit, postquam Mathias in locum Jude proditoris sortitus fuit Apostolus, ut legitur in *Actibus Apostolorum*, cap. 1. forte sortiri fuerant universum Orbem, & unusquisque in suam profectus est Provinciam, Fideque Nationibus promulgata, Ecclesias apud unamquamque Civitatem condiderunt, ut expressè firmavit Terullianus *lib. de prescript. adversus hæreticos*, cap. 20. S. Isidorus in *lib. de vita*